

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1209 - 1211

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

tinensi anno dominice incarnationis 1209, indictione 12. testes Arnoldus...^a major prepositus, Everhardus decanus, Fridericus cantor, Chunradus de Utelenbruken, Rudolfus de Litenberch, Wolfradus archidiaconi, Bertholdus de Osenstein prepositus Honogensis; ex ordine nobilium: Sygbertus comes, Heinricus advocatus de Hune-
 5 burch, Heinricus de Kunisberch; ex ordine ministerialium: Wernherus marscalcus, Rudolfus vicedominus, Burchardus scultetus et frater ejus Theodericus, Burchardus Puer, Burchardus de lapidea porta et alii quam plures. 1209 *Straßburg im bischöflichen Palast.*

10 *Aus Schöpflin Als. dipl. I, 320 nr. 381 nach einem verlorenen Neuburger Pergament-Char- tular. Ebendarnach Würdtwein Nova subs. dipl. X, 247 nr. 90.*

153. *Das St. Thomasstift zu Straßburg und Adelheid die Wittve des Bäckers Sifrid einigen sich gütlich über ihre Ansprüche auf einen dacht bei der Thomasbrücke gelegenen Hof. 1210 Januar 20.*

Noverint omnes presens scriptum audituri, causam, que vertebatur inter eccle-
 15 siam sancti Thome et viduam Sivridi quondam pistoris ejusdem ecclesie super curti, que dicitur dominicalis, que contigua est ponti beati Thome, in hunc modum per amicabilem conposicionem fore terminatam: predicta vidua et heredes sui in eadem causa cesserunt liti numquam de cetero contra predictam ecclesiam litigaturi; pre-
 20 fata vero ecclesia indulsit prenominate vidue et Sigebotoni filio ejus canonico sancti Thome prefate curtis possessionem, quibus in fata concedentibus sepe dicte curtis possessio simul cum edificiis transibit ad ecclesiam. anniversarium quoque predicti Sivridi pistoris et Adelheidis vidue sue perpetuo ecclesia sancti Thome celebrabit.
 25 prefate vero vidue rogatu et ejus heredum ecclesie sua sigilla apposuerunt. acta sunt hec anno dominice incarnationis 1210, 13 kalendas februarii, assistentibus
 30 fratribus sancti Thome Rüdolfo preposito, Hugone decano, Cänrado scolastico et universis ecclesie ejusdem canonicis, laicis Rüdolfo sculteto, Orlliebo sculteto de Ehenheim, Burcardo Ripelino, Petro, Burcardo filio Kirstine, Burcardo filio Sicconis et aliis quam pluribus.

30 *T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 24 or. mb. c. 2 sig. pend. Gut erhaltne Siegel des St. Thomas- und Jung St. Petersstiftes.*
Gedruckt ebendarnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 297 nr. 13.

154. *Kaiser Otto IV bestätigt den Bürgern der Stadt Straßburg ihre alten, guten Gebräuche und Gewohnheiten, namentlich das von Kaiser Lothar ihnen
 35 ertheilte Privileg. 1211 Juni 16 im Lager bei Barletta.*

: Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. : dignum est et honestum, ut hii, quos circa nostri honoris promotionem ferventes semper invenimus et attentos, ab imperiali munificentia nostra pro fide sua remunerationis

a) Grandidier add. de Mech.